



Vos, ne destituat animus firmare labantem
Et rursus fractæ subdere colla rati.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Alme Parens, tu serua viros si publica nostra
Otia si curæ Frisica forte Salus.
Sit procul ambitio, fraudes, exosa dolusque
Ut jus cuiq; suum conferat alma Themis.
Tandem etiam virtus patriis tu è sedibus exsul!
In patriam fausta luce viaque redi!
Et genitale solumque ferax felicibus opto
Auspiciis seruent, Mollia fata diu.
Vos precor ut seruet seros in Nestoris annos
Annumeret Pili Secula longa Deus.
Dulcia vota fero, solennia dona Camœnis,
Ast carmen vena pauperiore fluit.

AGGRATULATORIUM CARMEN.

D I C A T U M

AMPLISSIMO SENATUI EMDENSI

O B

Miranda in afflictam & Naufragam Patriam facta
& prospera ulterius Conamina.

Perpetuas inter quas dat Respublica curas,
Sumit sponte pium, Hicce Senatus, opus.
Pauperis exercet quem Commiseratio turbæ,
Quum & vigor in toto Corpore parvus inest.

Non